

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 46.

Elysium-Meum, Die Veneris, 6. Julii, 1810. (Neov. 15, Junii, 1810.)

Prope duo præterlabuntur Sæcula

Ex quo sequens legitur Historia. — Mirabilia.

Profecto res paradoxal

Ex quo minus creditur, pauciora quoque sunt prodigia — nihilominus, plurimæ notiones judicioque quæ in quavis humana excitantur anima credulitate, parum positiva nituntur scientia. Non volo isthic meminisse hominum, qui in committendo & omittendo secundum mechanicam tendentiam a mane vesperam usque, ut more docti sunt, vivere pergunt, verum & eorum, qui de actionum delectu suarum, & consiliorum ratione gloriantur.

Borealis Philosophus (in Septemtrione veram Philosophiam teneri putant) & Colonus in Kamtsatka mane lecto egreditur credens se per diem esurum, bibiturum, laboraturum, alter penna scriptoria, alter securi, atque quidpiam lucrifactorum — hac ratione eadem fide omnis conditionis homines incedunt, serunt, metunt, operantur, speculantur, scribunt, laborant, sermoinantur, ordinant, imperant, cantant, imprecantur — & legunt Nova, neque tamen ullus ex omnibus mathematicæ, physice, imo nec

næ primorum Patriarcharum vitæ? ajo: plures & diversas nec eas improbabilis a' diversis assignari; alii tellurem recentem eorum juvenemque fuisse; nec tot exhalationum noxiarum feracem adstruant (at hoc assertum Physici negant) alii vitam nomadiosam, temperantiam in Cibo potuque, moderationem animi, omnis vitæ tantopere perniciosæ! affectionis: iræ, invidiæ &c. expertem, simplicem ab omni luxu & luxuria alienam vivendi rationem causam assignant; quæ quidem probat ætatem longam — mihi vero hæc omnium princeps Causa habetur: fuisse providentiam divinam ut homines pluribus seculis viverent, ut in defectu adhuc litterarum res gratæ medio traditionis per paucas generationes ad posteritas deriventur. —

H y b e r n i a.

Dubio vacat: occidente Roma Christiana sacra Civilem Culturam restaurare cepisse. — Profecto animadversione dignum est: Hybernos primas apud Germanos Evangelium propagasse: SS. Colomannus, Killianus, Emeranus, Galus, Hyberni erant & primi in Germania Apostoli! — Anglia ipsa ab Hybernis litteras scripturamque docta, & Anno 800 Hyberni jam monetam cuderunt — & hodie? —

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 46.

Elysium-Meum, Die Veneris, 6 Julii, 1810. (Neov. 15, Junii, 1810.)

Prope duo præterlabuntur Sæcula

Ex quo sequens legitur Historia. — Mirabilia.

Profecto res paradoxal

Ex quo minus creditur, pauciora quoque sunt prodigia — nihilominus, plurimæ notiones iudiciaque quæ in quavis humana excitantur anima credulitate, parum positiva nituntur scientia. Non volo isthic memiaisse hominum, qui in committendo & omittendo secundum mechanicam tendentiam a mane vesperum usque, ut more docti sunt, vivere pergunt, verum & eorum, qui de actionum delectu suarum, & consiliorum ratione gloriantur.

Borealis Philosophus (in Septemtrione veram Philosophiam teneri putant) & Colonus in Kamtsatka mane lecto egreditur credens se per diem esurum, bibiturum, laboraturum, alter penna scriptoria, alter securi, atque quidpiam lucrifactorum — hac ratione eadem fide omnis conditionis homines incedunt, serunt, metunt, operantur, speculantur, scribunt, laborant, sermoninantur, ordinant, imperant, cantant, imprecantur — & legunt Nova, neque tamen ullus ex omnibus mathematicæ, physice, imo nec

metaphysice certus est : se non dico diem illum, fortassis nec horam supervicturum. An non res singularis : erga nonnullas veritates dubium haberi ; cum tamen homo toto pene vitæ suæ tempore credulitate conservetur, omnis actio ejus, ut ita dicam, credulitate constet, eique innitatur.

Majores nostri magis creduli erant, & eam ob rem forsitan sæpenumero in errorem deducti sunt. Cunctis nihilominus eventis fidem denegare, vitium est scepticismi proximum, Sequens documentis firmata historia vetustis non minus, quam recentius editis continetur scriptis, ob concursum in ea adjunctorum sane memorata digna est :

„Marchio a Rambovillet, Dominae Dacis Montausier frater, & Marchio a Precy e domo Nantovillet, pares ætate 28 intra & 30 annorum, arctissimo familiaritatis vinculo colligati, Pylades alter & Orestes, ambo stipendia facientes.”

Die quodam de futura vita sermonem miscebant, postquam multa citroque agitasent, tandem ad absolutam veritatem ratiocinando se nequaquam pertingere posse fatebantur, quapropter mutuo se pacto obstrangebant, alterutri, cui præmori contigerit, alteri adparendum, & de statu alius vitæ alterum certiore reddendum esse.

Tribus post compromissum mensibus Marchio a Rambovillet exercitum in Flandria petit ubi bello initium datum, familiarique ejus, valetudinis ergo Parisiis remanacum fuit.

Sex præterierat hebdomades, cum matutino quodam tempore circiter 6 horam Marchio a Precy continas lecti sui separari audit, attonitus ille inverti, & quid videt? amicum suum Marchionem a Ramboillet calceis indutum collarique amictum, se coram consistentem, mox lecto prosilit amplexaturus amicum, ast hic recedens seria voce declarat: se ab eo attractari nequire, eo duntaxat consilio advenisse: ut pacti fidem solveret; se pridiano vespere coram hoc occubuisse — cuncta quæ in orbe Christiane docentur ita se habere; doctrinæ huic actiones adcommodare amico svadet, quod primo conflictu, cui interfuturus, perire occubiturus sit.

Somnio similis, ut pronum est conjicere, Marchio sibi Precy videbatur, spectro nihil territus est, existimans amico jocandi, aut periculum faciendi animum esse. Rursus adproperat, verum Ramboillet recedit iterum, digito vulnus ex ictu sclopi ostendens, quod sanguine recente madere videbatur; & conspectu ejus subducitur. —

Percyus fraudem suspicatus Cubiculario qui juxta habebat, inelamat, tumultum excitat, famuli famulæque adcurrunt, audiunt, eventum somnium aut absensam imaginatiorem fuisse censent, at ille continuo affirmabat, amicum se vidisse, audivisse, cum eo locutum, minime somniasse, vigilem sobriamque fuisse; ita res perstitit.

At triduo post natus ex Flandria adpulit ex quo certior redditur; Marchionem

a Rambouillet reapse eodem ipso quo adparebat die, in eodem ut indicabat latere solo po ut dicebat, vulneratum occubuisse. Hic ad junctorum concursus magnam admirationem excitavit, eaque circumstantia: pridie adpartitionis eum cæsum esse, fierique non potuisse: ut nuncius mortis 6 matutina Parisios pertingat, modicissimæ etiam fidei viros percussit. Quid factum? — Aliquanto post hunc eventum tempore Dno. a Precy ex officio militari legio repetenda est, — & reapse primo proelio ad portam S. Ant. occumbit.

Ita sonat factum — de cujus veritate tam parum hodie, ac olim dubium ortum est, quod irrefragibili virorum testimonio comprobatum est. — Incredula vero humana sapientia, quæ quæque in naturæ cursu carpere, sublimioresque animæ motiones palpabili suæ perspicaciæ adstringere admittitur, ipso, quo factum innotescebat, primordio, non secus & novissime operam omnem dabat, tam factum ipsum, quam ex eo promanantia consecutaria secundum suas physicas rationes explicandi. (*Vide: Dissert. sur l'Avanture arrivée à Saint-Maur.*) „Facile mente assequi licet, ajunt hi Sapientes, Marchionis a Precy imaginationem acuta febre accensam, reciproque amborum familiarium promisso, eum, qui præmoriturus esset, alteri adparendi obsequationem habere, præsentia objecti foetam, ei amicum Rambouillet omni cum similitudine representasse mentique objectoisse, cum D. a Precy sciret amicum ia

scie, proin periculo vitæ versari; admodum proin naturale esse, spectrum amici totam ejus imaginationem occupasse, eique sibi eum videre visum fuisse."

At ut explicari poterit circumstantia: quod Marchio Rambovillet horam mortis, genus, locumque (in dexto rene) vulneris indicarit, imo & impendentem mortem divinarit? næ id paullo plus representationis accensæ vis imaginandi est!

Et hæc difficultatem solvunt Sophi per id: quod præagia (naturalia ex adjunctis orta) singulares & vix credibiles effectus in imaginatione producant, facile mente concipi posse: ut Marchio Precy, cujus menti amicus continuo obversabatur, acuta febre urente periculum belli sibi repræsantarit, — Marchionem a R. cujus animositatem novit, eum pugnantem viderit, atque pro situ defensionis dextrum renem læsum contemplatus fuerit, visio hæc, ut febris, ipso illo temporis articulo in ægrotum egit, quo Marchio a R. cecidit, & hæc ratio fuerit, quod spectrum amici ei occurrerit. —

Vaticinium instantis necis Marchionis a Precy quod attinet: hoc esse fortuitum atque ex alacritate notæ virtutis Officialis militaris facile divinari potuisse.

Utrum explicatio hæc satisfaciat, lectoris judicio relinquendum est, — Res semper ardua est: congeriem id genus eventorum declarare; cum mundus mysteriis scateat, nosque ubivis mysteriis naturæ immoremur, quia ea explicare possimus.

Ipsa Politica, ut quævis Oeconomia, non caret suis mysteriis; at ea facili labore ex effectis, quæ postea orbi exhibentur, assequimur. Sequens actus Sveciam magnopere adfecit:

Holmia 29. Maj. Regimen nostrum in hujate Curia Mercatorum promulgandum jussit. „Parlamentarium Anglicanum ad Consulem Gothenburgum cum nuncio adpulisse: Admirali Saumerez a suo Imperante jussa data esse, quosvis Svecicos maritimos portus in statu obsidionis declarandi, cunctas naves in vel egredientes adprehendendi; generatim: adoptatas intuitu obsidionis hostilium portuum Anno 1807 Angliæ rationes effectui dandas esse. Possent nilominus Svecicas naves in Angliam & in Sveciam navigare, si Anglicanis liberi com meatus litteris provisæ sint, quæ ad portus Maris Balthici non dantur — facile illucet, quam moestam hæc Angliæ dispositio actionem in Sveciam exerat. — Ut & unde Ceres advehetur? —

Hamburgo 30. Maj. Nupero Solis urbem nostram præterit Parisiis veniens Svecicus Carsur Holmiam tendens; fertur adferre epistolam ex parte Gallie Svecico Parisiis residenti legato Status Consiliario Baroni a Lagarbielke traditam, quærelas continentem de amplo in Pomerania Svecica clandestino Commercio — additur: Interdicto naves Svecico Pomeranas adholendas, eiatumque Anglicanarum mercium sequestrationem deposci.

Velge creditur Angliam' omnem actionem in Continentem missam facturam. Verum hæc voluntas Anglicani regiminis nequaquam videtur. — Editum publicum in Anglia literarium fragmentum nimis quam perspicue observatori indicat, Ministros Anglicanos admodum alienos esse a consilio prætensionibus suis in Continentem saltim palam cedendi. Est id nuncium Suxæ Maj. Brit. ad Parlamentum de 30. Apr. s. h. intuitu discernendæ Principi Brunsvico Oels annuæ pensionis.

Hoc nuncium ita sonat :

Georgius Rex &c. — Ego ducit Sua Maj. Curix Inf. indicare : ob continuam occupationem territorii Ducis Brunsvic. per Gallix militem, ex tempore sistorum eventum, qui doleriferam mortem nobilissimi patris (1800) ejus comitabantur Suxæ Maj. nepotem Seren. D. Brunsev. Quelferbitanum, exacta alacrium, at inanium avitum patrimonium recuperandi *) contentionum serie, memoratum inquam principem necessitatem sibi imponi videre asilum in ditionibus Suxæ Maj. quærendi. —

Quapropter Suam Maj. Curix commendare: ut de mediis consulat, quibus Sua Maj. curæ pro accommodatione Suxæ Serenitatis gerendæ par efficiatur, interea, usque status Con-

*) Duringsuch a time as the state of the Continent may continue to preclude the return of his Serene Highness to his own dominions.

tinens perduraverit — quo Sua Serenitas repetere ditiones prohibetur — Suam Maj. firma fiducia ferri in promptitudinem atque studium fidelium suorum Communium, futurum omnino: ut in hoc argumento decretum edant, dignitati, ac adversis principis admensum qui solio Sux Maj. tam arcta cognatione adstringitur cujusque conditio animum Sux Maj. tantopere sollicitum tenet.”

Conclave, in quo de Continentis negotiis ea adhuc opinio habetur: cum D. Brun-
ditionibus non aliam mutationem factam esse, quam quod a Gallix milite occupatæ sint; quasi hæc occupatio citius aut tardius cessare posset, & quod hanc opinionem publice proponendam statuit, tale inquam Conclave nimis distet oportet a consilio Sexcentos actus, ex tempore agnitionis Majestaticorum Jurium Regis Vestphalix in ditiones olim Ducis Brunsvic. usque renunciationem omnium, (secundum familiarem phrasim suam) Jure Gentium, & obtinentibus Tructatibus connexis: adprehensionis, obsidionis & lustrationis Jurium, revocandi, imo vero nec eam impensam faciendi, quæ ad pacem, eam renunciationem non complectentem, consideraretur. —
